portionem tuam ponebas os tuū habundauit malitia ꝛ lingua
tua concinnabit dolos Sedens aduersus fratrem tuū loqueba
ris et aduersus filiū matris tue ponebas scandalū. Et dicet iu
dex hec fecisti ꝛ tacui/et propterea existimasti inique ꝙ ero tui
similis Arguam te ꝛc̄. In hijs modicis verbis et ad huc grauio
ribus peccatores arguūtur vniuersi. Et libri aperientur de qui
bus in psalmo capitulo . Et in libro tuo omēs scribent̄ et p̄s
lxviij deleantur de libro viuentiū et cum iustis non scribant̄ Et
angeli in clangore tubaꝝ more cum sanctificatur bellū vocabunt
bonos et malos ante conspectū iudicis sedentis in sede maiesta
tis sue.

¶ Juditiū malig
norū spirituū et
causa eorū.

ET primo vocabit demoniū cum omnibus angelis su
is /et ipse demon cōparebit coram eo tremulentus as
piciens dei terribilitatem et dicet ipse deus et iudex
ei. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia p̄
fectus decore in delitijs paradisi fuisti /omīs lapis preciosus op
imentum tuū/sardis thopasius iaspis crisolitus et onix birillꝰ
saphirus carbūculꝰ smaragdus /aurum quoqꝫ opus decoris tui
et foramiā tua in die qua conditus es parata sunt/tu cerub extē
tus et ꝓtegens/et posui te in monte sancto dei in medio lapidū
ignitorū ambulasti perfectus in omnibꝰ vijs tuis a die creatio
nis donec tue inuēta est īiquitas ī te in ml̄titudine negotiatiōis
tue ēpleta sunt interiora tua iniquitate ꝛ peccasti ꝛ eieci te de mō
te dei et perdidi te O cherub et eleuatū est cor tuū in decore tuo
et perdidisti sapientiā tuā in decore tuo ꝛ in terra proieci te ante
fatiem regū dedi te /vt cernerent in multitudine iniquitatū tua
rum Quare cecidisti o lucifer qui mane oriebaris. Ait ipse luci
fer inclinās se in terrā sic humiliter erit locutꝰ O iustissime iu
dex si me vrā clemētia dignet̄ audire maifeste ostendā me cōtra
vrām diuinitatē i nullo peccasse qm̄ cognosco agnoui et cognoscā

¶ responsio luciferi
corā deo ad p̄dc̄a

ꝙ veſtrā diuinitas de nichilo me creauīt plenum ſapiā/⁊ perfectū ſcientia ⁊ decore ⁊ totius padyſi p̄ncipatū/totius angelice monarchie tenentē/ Si ego fui dotatus plenitudine ſapientie non ſequit̄ dñe ꝙ ↄtra vrām diuinitatē peccauerim que ē totius perfectionis/ Si ego fui perfectus ſciā/⁊ in delitijs paradyſi poteram ↄgnoſcere ⁊ ↄgnoſcebam abſolutā vrām potentiam/ꝙ ſi in aliq̄ peccaſſem ↄtra eam in nichilo poterat me redigere cū ipſa me de nichilo in totali ꝑfectione creauit/ Item non ignorabam/ꝙ ſupra vrām diuinitatē nullus erat potentior dñs cui potuiſſem adheſiſſe/ Nonne fuiſſet magna excecatio ꝙ creatura ↄtra creatorē ita vt aſſerit̄ ſuperbiſſet/ Sed vrā diuinitas reuerēter loquēdo ꝑſuaſit inimice lingue michaelꝭ archangeli de me vrē diuinitati aſſerēti ad hoc/vt p̄ncipatus celeſtis monarchie ſibi remaneret ⁊ in dicto malo vrā diuinitas ſibi credens in nichilo me peccantē gratis ꝑdidit. Audiant omnes p̄pli/ↄſpitiant oēs gētes ſi ego talis ⁊ tantus creatus ⁊ in omni perfectione ſublimatus et in omni ſciā et virtute decoratus a diuinitate hic pñte qui in me ſemꝑ fuit amabilis ſemper humilis ſemper benigna debuiſſem taliter vt aſſerit̄ peccaſſe in eadem/preſūptio ceſſat lex abhorret ⁊ vnicuiq; vertitur in credibile/ Ergo iudex piiſſime placeat me vrām creaturam non ita crudeliter perſequi/cum non in vos peccauerī vt aſſerit̄. Et iudex rñdebit ei dicens .:.

hic lucifer pccm̄ ſuū in michaelē nitit̄ obliq̄re.

Audite omnes gentes que in circuitu meo eſtis lucifer hic pñs volens excuſare ſupbiam ſuam ꝓut audiſtis/quam ipſe infelix temerarie pegit ſe ante diuinitatē excuſauit ꝓut melius potuit ſuum pccm̄ palliando taciteq; iuſtitiam ↄtra diuinitatē retorquendo/⁊ ait ipſe iudex/ O lucifer/ſi te diuinitas in tanto benefitio mācipauit/quomodo eſt preſūptio/ꝙ te gratis perdiderit/ Sed ad tollendum omnem preſūptionem ambiguitatis merita tua veniant in patrocinū et teſtimoniū cauſe tue in hoc iuditio/ Et illico aſſurgens michael archangelus/et eidem lucifero dulcib⁹ verbis ait/ O lucifer ſi es bonus vt tu aſſeris/cur in me infamas pccm̄ ſuperbie tue/ Nonne in hoc cognoſcitur malitia/ Nonne tu dixiſti/in decore in ↄſpectu toti⁹ monarchie celeſtis/ Ego ſū deus/et in cathedra dei ſedēs/poſt hoc ſuperbe dicens aiſti/ponam ſedem meam in latteribus aquilonis/

Reſñſio iudicis ad luciferū ipm̄ redarguēdo.

michael et oīs celeſtis iherarchia accuſat luciferū de ſupbia ſua ⁊ malitia.

et ero similis altissimo Et hec redacta fuerūt in scriptis ad meōriā futurorū per fideles notarios ezech xxiiij et ysaie xiiij Et estante presūptionis ꝙ in cōspectu hoc negas/cum sint etiā omni populo manifesta. Nonne ꝓpter predictā superbiā ipse deus ꝓiecit te et omnes alios angelos te sequētes de celis ī terrā Nūc vero dic michi si tante bonitatis in celo fuisti ꝑut asseris. quare ipsa bonitate vsus non fuisti in terra in qua eiectus fuisti Numquid nouissima tua fuerūt peiora priorib9 plenus ambitione ascendisti sup altare sancte scōrū tempore machabeorū/et ibi etiā pro deo superbiam addendo supbie fecisti te coli Item bina vice fecisti fieri aureos vitulos dei populo dicente. Hij sunt dij tui israhel qui eduxerūt te de terra egipti/Primo cum de terra egipti educerēt/secūdo tempore iheroboam et roboam. Item quid egeris in regno iudicis ihesu sub silentio pretermittat̃ Nonne ista intrahunt in manifesto superbiam quam in celo peregisti. et si intendens prestiterit sapientiam ⁊ decorem tu autem in malignitate tua illam sapientiam perdidisti/vnde michi iniuste impoperas peccatum superbie tue. Veniant et cetere nationes et reges nationū qui in terris seruierunt tibi et bonis operibus tuis in hoc iuditio publice testificent̃. Et cum aduenissent reges nationū ante dei conspectum ⁊ prospicientes atq; intuentes luciferū āmirantes dixerūt. Numquid iste est vir qui cōturbauit terrā qui concussit regna/qui posuit orbem desertum et vrbes eius destruxit/et vinctis eius non aperuit carcerem et tu vulneratus es sicut ⁊ nos similis nr̄i effectus es. detracta est ad īferos superbia tua/cecidit cadauer tuū subtus te sternet̃ tinea et opimentū tuū erūt vermes Ad infernū detraheris in ꝓfundū laci Et tūc dicit iudex Ecce nūc audisti/Quid natiōes de te ⁊ peccatis tuis testificātur Et lucifer respondet domine iudex ponat̃ sine preiuditio ꝙ fecerī tale pc̄m. Nōne adam in simuli superbia peccauit etiā et nabugodonisor ⁊ eos non sicut me aggrauastis Et dicet iudex Quidq̄ ipsi fecerint te instigante egerūt sed nullū habuisti instigatorem/nisi propriam malitiā ideo minus peccauerunt Sed tamen graui penitentia acta/ipse adā in valle ebron vbi ipse cōditus est sepultura vt iosue decimoq̄rto cum posteris suis vsq; ad aduentū meū in carne non sunt cōsecuti misericordiam

Reges ⁊ ꝑncipes mūdaī accusant luciferꝝ in presentia dei.

¶ ꝟba iudicis ad luciferum.

812

Nunquid tu vllo tempe voluisti facere pniām/semp mala prioribus aggregādo/de die in diem durioꝛ fuisti effectus sicut pharo/quem viuum mare absorbuit/Ita infernꝰ se parat ad te absorbendum/Et dicet iudex omnibus circa eum ad iuditium consistentibꝫ/Quid videtur quod lucifer ⁊ angeli eius eum sequentes iuste fuerunt dampnati vel iniuste. Et tunc dicet rex et iudex lucifero ⁊ angelis eum sequentibꝫ Ite a sinistris. Et michaeli ⁊ angelis eius dicet/⁊ vos ite a dexteris/Secundo faciet vocari ad iuditium humanas creaturas/⁊ primo populum iudeoꝝ et cum eis iudex ⁊ rex disceptabit dicens/Audite me o viri iudei ⁊ israhelite/Nonne promissus fui in lege/qua canitur ꝓphetam suscitabit deus de medio fratrū suoꝝ similem moysi. Et si quis non audierit ꝓphām illum/exterminabitur de ꝑplō meo/Nonne similis fui moysi in humanitate in legum datione ⁊ preceptoꝝ/Nonne predicaui de regno dei/Nonne vobis mortuos suscitaui/et cecos illuminaui/⁊ oīs infirmos solo verbo curaui Mortem sustinui ⁊ a mortuis resurrexi/Nonne post meam resurrexionem per meos aplōs vobis predicari feci/de regno dei/qui signa magna in vobis fecerūt. Quid eis fecisti/Nonne expulisti eos a vobis atqꝫ persecuti eos fuisti de ciuitate in ciuitatem/⁊ in carcerem/et regni dei indignos vos fecistis/Quid vltra valui facere Tunc iudei et israhelite rñdebunt .:.

Iuditiū sup luciferū ⁊ sotios eiꝰ

Hꝫ vᵒᶻ ꝑp̄ls iudaicus ad iudiᵐ.

Illustrissime iudex/cum sitis ipsa iustitia etiam vobis placeat in equitate benigne nos audire. Cum sc̄ptum sit p̄s c xvij Cū iudicabis orbem terre in iustitia ⁊ ꝑplōs in equitate. Et dicent ipsi iudei iustissime iudex/Verū est ꝙ deus nobis ꝓmisit suscitare ꝓphām de medio nostroꝝ ⁊ qui non audierit ꝓphām illum ait deus/ego vltoꝛ existam/Sed tamē ipse deus dedit nobis signum in ꝯgnitionem dicti ꝓphete/Quod si ꝓpheta ille in nomine domini predixerit ⁊ non euenerit de hoc dñs non locutus est ꝓpter quod ⁊ ipse deus nobis in lege precepit/non solum talē ꝓphetā non audiri sed tamꝗ̄ mendacem eum in morte turpissima tradi/Sicut patet deutᵒ xviij ꝓpter quod iudex benignissime placeat ad nos vrē misericordie aures inclinare/Et licꝫ nūc cognoscamus ꝙ vos fuistis ꝓpheta ille in lege promissus/Tamen nobis multa dixistis/que prout dixistis non euenerunt.

Rñdebūt iudei in extremo iuditio deo iudici dicentes.

p̄ma ratio excuſationis iudeoꝝ

ſc̄da ratio q̄ iudei vt aſſerūt nō tenebāᷣ xp̄m recipe ꝓ vo ꝓpha nec credē nᵉ audiē ⁊c̄

iij ratio iudeoꝝ

iiij ratio

v ratio

r̄nſio iudicis ad iudeos

ꝓpter que nos cogitãtes vos eſſe mendacem prophetam. Iuxta ſententiã legis tradimus vos in mortem. Et p̄mo dixiſtis palam in ↄſpectu totius ſynagoge deſtruã templum hoc ⁊ in triduo reedificabo illud. hoc predixiſtis ⁊ non euenit prout dixiſtis quia templum integrum manſit poſtea per longa tempora ꝓpter quod affigi cruci iuxta legis templi ſententiam iuſte meruiſtis vt primo eſdre vi. Qua lege cauitur a me ergo poſitum eſt hoc decretum vt omnis homo qui murmurat hanc iuſſionē tollatur lignum de domo eius et erigatur ⁊ configatur in eo. domus autem eius publicetur/deus autem qui inhabitare fecit nomen ſuum ibi diſſipet omnia regna ⁊ populum. Qui autem extenderit manum ſuam vt repugnet ⁊ diſſipet domum dei illam q̄ eſt in iheruſalem. Ego darius ſtatui decretum quod ſtudioſe impleri volo. Secundo dixiſtis. Niſi manducaueritis carnem meam non habebitis vitam in vobis iohis vij. Et tamē non comedimus carnem veſtram et per longa tempora viximus. Tercio dixiſtis. Si quis credit in me flumina de ventre eius fluent. vt iohis viij. Et multi in vobis crediderūt et tñ non vidimus de ventre eoꝝ fluuia manaſſe. Quarto dixiſtis. Si quis ſermonē meū ſeruauerit mortē nō videbit in eternū vt iohis ix. Et tñ m̄lti qui obſeruauerūt ſermonē vr̄m mortui ſunt. Et alia ſimilia que longū eſſꝫ enarrare dixiſtis que non euenerūt. Itē prius feciſtis ꝙ ſabbm̄ ↄtra legis p̄ceptū nō cuſtodiſtis. qꝛ in eo infirmos curaſtis. Nōne tenebamᷣ vobis credē atqꝫ vos ꝓphaꝫ in lege dei ꝓmiſſum ēputaē. cū expiſſe feceritis ↄtra legē. Numqd̄ interogauim⁹ vos dicētes. Si tu es ꝓpha dic nobis palam. Et vos r̄ndiſtis opa que ego facio ipa teſtioᵐ phibent de me. Certe m̄lta mirabilia ⁊ magna feciſtis forte que nullus fecit. Ratioē quoꝝ nō tenebamᷣ nec debebam⁹ vobis credē qm̄ nobis p̄cepit deus dicens. Quod in noīe dn̄i ꝓpha ille p̄dixerit ⁊ non euenerit ⁊c̄ ⁊ dixerit ⁊ non fecerit magna. que vel ſimilia helyas et helyzeus fecerunt. Ergo ſecundum legem iuſte vos interfecimus. Et nos iniuſte cum reuerentia loquendo dampnamur. Et iudex reſpondebit eis dicens Semper intellexiſtis ſcripturas et dicta ꝓphetarū prout ſonāt Nonne ꝓmiſſus in lege veſtra vobis loqui debebat in ꝓūbijs

812

et parabolis ac figuris. Nonne vobis deus predixit hec dicens ps̄ lxxvij. Attēdite ppl'ē meus legem meam inclinate aurem veſtrā in verba oris mei/ Quia apiam in parabolis os meū/loquar ꝓpoſitiones ab initio ſeculi. Reſpicite in q̄nta ſollicitudine hoc deus predixit/ Sed vos ad hec non ꝯſpexiſtis/ Si loquens dixi deſtruā tēplū hoc ⁊c̄/ Non fui locut⁹ de templo materiali/quo vos ſtabatis ſed de templo corporis mei in quo deus pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus habitabat/ Quod templū deſtructum per mortem/ cū trib⁹ dieb⁹ de morte reſurgendo reparaui/ Si dixi vobis/ Niſi manducaueritis carnem meam ⁊c̄. Non debuiſtis intelligere ꝓpriam carnem meam mādurare/ſed ſpūaliter credere in me diuinitatē incarnatam/ Quod credere eſt ſpiritualiter manducare. Et taliter manducata fuerit caro mea qui taliter māducauerit mortem infernalem non videbit. Ad aliud quod dixiſtis/ Si quis in me crediderit flūia ⁊c̄ que non debent intelligi ꝓut ſonat ꝓuerbiū/ſed de fluibus ſacrarū ſcp̄turarū/vos cognouiſtis diſcipulos meos et illr̄atos/ex quib⁹ magna flūia lrāꝝ fluxerūt. Ad aliud videlꝫ/ Si quis ſermonē meum ſeruauerit/mortē nō guſtabit ineternum/ Quod dictum non debuiſtis intelligere de morte tēporali/quam ego etiam ſuſtinui/ſꝫ de morte anime que erit perpetua/ Et ſi quis ſermonem meū ſeruaueit mortem non guſtabit/ Si ſabbm̄ nō cuſtodiui quid miri/ Nōne in lege vrā dicebatur. Si quis non audierit ꝓpham talem exterminabit̄ ꝓpter quod omnia erant in manu mea/ergo in omnibus dictis et factis debuiſtis me audire ⁊ ſequi/⁊ etiam in ſabbi cuſtodia. Sed dicite michi O iudei. Nunq̄d cū predixi filio vidue in ꝯſpectu vrō/ Adoleſcens tibi dico ſurge/ Nonne ille a morte in vitā reſurrexit. Item in lazaro quadriduano/ Nōne ſimiliter obſeruaui. Quot leproſos mundaui ſolo verbo/et cecos illuminaui/ Nonne demonia ꝯfeſſa fuerūt ꝙ ego erā xp̄s? Nonne diſcipuli mei in meo nomine maiora hiis fecerunt? Nū quid in nomine alterius ꝓphete hec facta fuerūt ſicut in nomine meo. Quare me non audiuiſtis/ Dicent iudei in dolore cordiū. Obſcura vrā locutio nos decepit. Dicet iudex/ Non ſic/ quia non ſurgebatis ad v̄m dei audiendū/ſed potius ad ebrietatē ſectandā et ad potandū vſqꝫ ad veſperā/et vino eſtuabatis

rñſio iudicꝭ ad p̄mā rōꝫ iudaycā

ad ij rōnē

ad iij rōnē

ad iiij rōnē

ad v rōnē

iterrogat iudex iudeos.

rñſio iudeoꝝ.

¶ ħ iudeꝝ ꝓplũs iudeoꝝ ire a ſiniſtris.

¶ ħ ꝓpls gẽtiũ ad iudiᵐ dei cũ clãgoꝛẽ tubarũ voᶜ

Cythara ⁊ lyra et tẏpanũ ⁊ tybia ⁊ vinũ in ꝯuiuijs veſtris. Opꝰ meum non reſpitiebatis. Nec opera manuũ mearũ ꝯſiderabatꝭ ꝓpterea captiui ducti eſtis. quia non habuiſtis ſciãm. Ideo infernus dilatauit animam ſuam ⁊ aperuit os ſuum ſine vllo termino. et deſcenderũt fortes viri et ꝓplũs ⁊ ſublimes veſtri atq3 glorioſi ad eum vt yſaie v c. Et dicet iudex omnibus. quid videꝛ vobis populi gentes ⁊ lingue fuerũt iſti iuſte dãpti. Et dicẽt oĩs iuſtiſſime iudex. Ita. Et eis dicet iudex Ite a ſiniſtris. Et angeli in clangoꝛe tubarũ vocabũt ad iudiᵐ gentes. que ẏdolꝭ ſeruierũt. Quibꝰ terribilꝭ iudex dicet vos autẽ cũ ſitꝭ ⁊ fueritis homines ad ymaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ dei formati. ſicut et ceteri cũ ſenſualitate totius rationis. Quare ydola vna opa manuũ vrãꝝ fabricata ꝓ deo que nec fari nec loqui poterãt adoraſtꝭ cũ ſpũs non eſſet in eis. habebãt oculos ⁊ non videbãt manus ⁊ non palpabãt. pedes et non ambulabãt. nec clamabãt in gutture ſuo. Qua ratione mouebamini ad hec facienda Quare non recognouiſtis pro deo illum qui fecit ⁊ terram mare et omnia que in eis ſunt. Ipſe dedit omnibus etiam et vobis principium eſſendi. Pauitq3 vos a iuuentute vrã vſq3 quo. et ipſe fecit a vobis exalare ſpiritum. et tunc omnes cogitationes veſtras fecit perire. Surgant ipſa ydola ⁊ protegant vos in hoc iuditio ſi pñt de manibꝰ meis liberare. Et reſpondẽt gentes cũ cordium tremoꝛe iudici et dicent .:.

¶ rñſio gentiũ ad iudicẽ.

¶ ꝑtũt gẽtiles q̄re pꝰ īcarnatiōem xp̄i illi de europa magis ſũt renati p bapᵐ q̄ de aſya ⁊ affrica

Iuſtiſſime iudex placet iuſtitie vrẽ in modicis verbis audire ⁊ dicẽt. Poſtq̄ nos formaſtis ad ſilitudinẽ et ad ymaginẽ vrãm. quare grãm vrãm quã iudeis ⁊ iſrlitis tribuiſtꝭ. etiã ⁊ nobis non dediſtꝭ. quos iudeos ⁊ iſrliticos vſq3 ad aduentũ vrm in circũciſiõe carnis ſaluaſtꝭ. Itẽ pꝰ incarnationẽ vrãm. quare eandẽ grãm ſaluationis per bapᵐ magis dediſtis illis qui fuerũt in europa q̄ illis qui fuerũt in aſya et affrica vſq3 q̄ ſpũs ſcũs venit. qui inflãmauit dino amoꝛe coꝛda hoĩm ꝓpter qḋ oẽs gentiles ⁊ ꝑpli crediderũt vnũ deũ prẽm ⁊ filiũ et ſpm̃ ſanctum. et in baptiſmo factum eſt vnum ouile et vnus paſtoꝛ. quare illos dilexiſtis ⁊ nos odio habuiſtꝭ. Nonne melius fuiſſet q̄ nati non fuiſſemus poſtq̄ ꝑpetuam gehennam credimꝰ ſentire in inferno. Et iudex reſpondebit eis dicẽs

812

V̄ba iudicis ad gentiles

Audite verba que dicturus ſum vobis/Ad hoc hominem formaui in ſtatu innocẽtie vt ruinam angeloꝝ ẽ pare poſſim. Sed homo credẽs effici/vt ſũ ego/ſpreto meo mandato reddidit ſe michi ꝯtumacem/ꝑ cuius ꝯtuẽ purgatione ſiue expreſſione temporis in tartareo carcere eundẽ mancipaui cũ poſteris ſuis/Elegi m̃ virum nomine abraham cui promiſi in ſemine ſuo predictũ hominem et poſteros ſuos benedicere/ et eum de p̄dicto carcere ad meam reducerẽ graciam/Cuius abrahe ſemen creuit in ꝑplm̃ velut arena maris/quẽ ꝑplm̃ vocauit iſraheliticũ ꝛ eum michi in filium elegi/ et ꝯſtitui eidem ꝑp̄lo ceremonias ꝛ circũciſionẽ/ꝛ eundem poſui in omniũ gentium lumen/ Sed dicite michi o gentes Quando vobis feci ſigna magna in egypto in veſtro ꝯſpectu ꝓ liberatione dicti ꝑpli mei a ſeruitute vrã. Quare michi deo p̄dicti ꝑpli non credidiſtis in virtute dictoꝝ ſignoꝝ/ſicut ꝛ michi populus meꝰ credidit/ Nonne exſiccaui mare/ꝛ illud calcabile tradidi dicto ꝑplõ meo vobis videntibꝫ et quod etiam notũ factum fuit quaſi mundo vniuerſo/ Nonne mare cooperuit pharaonem ꝛ exercitũ eius pſecutorẽ ꝑpli mei/in oculis vrĩs quare vos vidẽtes hec mirabilia michi ea facienti non credidiſtis/quis erat vobis ꝯtradictor. Item qñ eratis in terra quam ꝓmiſerã dare dicto ꝑplõ meo in ſignis mirabilibꝫ/ quot reges interfeci quot reges percuſſi in oculis veſtris. Nunquid ꝯſideraſtis/ qñ manu gegeon trecentoꝝ viroꝝ ꝑcuſſi caſtra gentium vltra centũ milia viroꝝ vt iudicũ vij c. Item nunquid ꝯſideraſtis ſampſonẽ virũ de ꝑplõ meo/qui cũ maxilla aſine tria milia viroꝝ de gentibꝫ ſolus interfecit vt iudicũ xv. Item cũ teneretis archã federis captiuam/nonne percuſſi vos in ſecretiori parte nature/in plaga mulieis. Et inter vos fuit magna ꝯfuſio mortis quouſqꝫ remitteretis eandem in iheruſalẽ. Et etiam timor magnus ꝓpter hᵒ vos inuaſit vt i regꝰ v. Item quid feci vobis qui eratis ſub rege ſennacherub qui venerat ꝓ ꝯfuſione ꝑpli mei vt iiij regꝰ xix. Itẽ quid feci vobis qui eratis ſub veredas qui venit in terra ꝑpli mei cũ xxx̃ regibꝫ vt dictũ ꝑplm̃ annichilare poſſꝫ vt iij regꝰ xx. Ergo ſi vidiſtis iſta ſigna per me fieri ꝯtra vos ꝓ ꝑplõ meo in quibus ydola veſtra vobis non potuerũt auxiliari/Quare dicto ꝑplõ meo iſrahelitico non credidiſtis/ymmo videntes fieri iſta ſigna me vituperaſtis dicentes ꝙ ego etiam deus colliũ. Item me vobis aliter oſtendere nolui niſi in hijs ſignis quoniam me aliter ꝙ̃ in ſignis nullus vnq̃ꝫ vidit. Ergo quid michi imputatis. Ad aliud quod dicitis ꝙ magis dilexi europam ꝙ̃ affricam ⁊ aſyam. Certe hoc non feci. quoniam ante meam aſcenſionẽ in celum meis diſcipulis expreſſe precepi vt in omnem terrã ewãm predicarent ⁊ baptiſmum in remiſſionem peccatorum. Et quia michi ꝯſtat ꝙ eoꝝ ſonus in omnẽ terrã exiuit. Et ſi in aſya et affrica noluerũt recipe ewanm. ⁊ europa recepit illud ẽ ipſis imputandũ. Et ait iudex cũ ſit ſcriptũ. Effunde iram tuã in gẽtes que te non nouerũt ⁊ in regna que nomẽ tuũ non inuocauerũt Ideo ite a ſiniſtris. Et angeli in clangore tubarũ cunctũ ꝓplm̃ xpianũ võbunt ad iudim. Quo corã iudice ꝯparẽs ipſe iudex dicet in terribilitate angelis eius. Separate de dicto ꝓplõ meo. pios ab impijs. Quib9 impijs ſepatis dicet ipe iudex p° iniq̃s ecclie ſue paſtoribꝫ. Ego dñs ſto ad iudicandũ cũ ſenioribꝫ mei ꝓpli. quare vos depaſti eſtis eccliãm vineam meam. et rapina pauperum in domo veſtra. Quare attriuiſtis populum meum ⁊ facies pauperum demolliti eſtis. Contra vos prouocantes oculos maieſtatis mee. Nonne ſuper humerum veſtrum vtiqꝫ dedi clauem dom9 dauid ⁊ aperiebatis. ⁊ nemo cladebat. ⁊ claudebatis ⁊ nemo aperiebat. Sed dicite michi O vos paſtores Quare depaſcebatis voſmetipſos. Nonne greges paſcuntur a paſtoribus. Lac commedebatis et pretioſis lanis operiebamini de ſubſtantia populi mei. et quod craſſum erat ſuperbe exſpoliando occidebatis. et populum meum pane ſpirituali non paſcebatis. quod infirmum fuit in operibus miſericordie ammonendo non conſolidaſtis. ⁊ quod egrotum erat in fide ſancte trinitatis docendo non ſanaſtis. ⁊ quod fractum erat in mortalibus pcc̃is corrigendo non alligaſtis. ⁊ quod erat in vitioꝝ et pcc̃oꝝ ꝓfundo correctione clamãdo ad pniãm non reduxiſtis. ⁊ qd̕ periebat in pcc̃oꝝ ꝯſuetudine increpando non queſiſtis. Sꝫ cũ hauſteritate imperabatis populo meo et potentia. Sed aliud ſtudium non tendebatis niſi ad ſplendida fercula in ventrem ponenda et eadem per ſeceſſum emittenda. et populus meus diſperſus fuit eo quod ei non eſſent paſtores. et factus

Qñqꝫ cã p effc̃us ꝯnoſcit̾ hic p ſig̃ ⁊ miabilia deueitur in agnitione creatoris.

Q̄ vniũſus ꝓplũs xpian9 võt̾ i clãgore tubarũ ad iudim dei.

Q̄ iudex icrepat iniq̃s ecclie ſue paſtores.

Ille di̾ piẽ q̃ in ꝯſuetudinẽ ducit pcc̃m.

812

et factus fuit ꝑplūs meus in deuoratione bestie .i. dyaboli/Ergo o pastoēs/Reddite michi rationem offitij vestri. Ecce nunc requirit̃ sanguis subditoꝝ vrōꝝ/qui in inferno degunt.

Versio summoꝝ pō-tificū

ET tunc pastores et prelati ⁊ pbrī et alij curati intuentes terribilē iudicem cū tremore ⁊ cordiū dolore humiliter per vnum ipsoꝝ respondebūt iudici dicentes/ Dn̄e ⁊ pater sancte placeat vrē maiestati non solum secundū iustitiam vrām sed solum magnā miam vrām in hoc iuditio nos increpare. Quare in ꝯspectu vrō nullus potest nec poterit ꝑ iustitiam vnq̃ȝ saluari/ Ideo misericordissime iudex vos ꝑ̃fuistis paradyso in quo tm̄ erant duo homines/ et ambo sub vrā custodia perierūt ⁊ ergo sanguis eoꝝ exquiret̃ de manibꝰ vr̄is. In archa noe octo tm̄ fuerūt homines quoꝝ vnus periit/nunquid eius sanguis exquisitus fuit de manibꝰ noe/ In domo abrahe quinqȝ homines fuerūt/ ex quibꝰ duo perierūt/cū dictum fuit sibi. Eice ancillam et filiū eius. Item in domo ysaac de duobꝰ fratribꝰ vnꝰ periit. Item in domo iacob tres de duodecī perierunt/ Item sub ꝑ̃ncipatu moysi et aaron erant milia miliū ⁊ tñ ꝑ̃ter duos nullus terrā promissionis intrare potuit/ Item de domo dauid quatuor perierūt. Item de domo et scola vrā o dn̄e vnus aplōꝝ periit/ Et de septuaginta duobꝰ discipulis vestris preter quīqȝ nullus ipsoꝝ meruit attingere regnū eternum/ Nunquid sanguis ipsoꝝ de manibꝰ predictoꝝ ac etiam de manibꝰ vestris exquiret̃ O dn̄e fiducialiter loquimur cū ꝑ̃dicti fuerīt sub custodia vestra Et ꝯtētamur valde si sanguis predictoꝝ fuerit exquisitus de manibꝰ suoꝝ pastoꝝ/ q̄ etiam sanguis subditoꝝ nostroꝝ de manibꝰ nostris exquirat̃/neqȝ meliores neqȝ priores sumus ātiquis patribꝰ nostris/ Unde iustissime iudex placeat in misericordia nos arguere/ Et iudex respondebit eis dicens/ In lege tu qui loqueris quid scꝑ̃tum est ezechī in c sic dicentis/ad imperitū imperium. Morte moriens cū non annuntiaueris ei neqȝ locutus fueris vt auertat̃ a via sua impia et viuat ipse impius in iniquitate sua moriet̃/sanguinē autē eius de manu tua requirā/ Si autē annūtiaueris impio et ille non fuerit ꝯuersus ab iniquitate sua morietur/sed tu animam tuam liberasti/ Sed pastores veteris testamēti et ergo redarguimus subditos nostros in peccatis eorum/

Versio iudicis ad pastoēs eccliaꝝ

ſāguis iudē ⁊ aliorꝝ iobedietiū ē nociuꝰ eis ⁊ nō paſtoribꝫ .

introgaᵒ iudicꝭ

rñſio paſtoꝝ .

Nonne predixi adē ne comederet de ligno / ⁊ etiam ceteri paſtores fecerunt ſimiliter ſicut moyſes ⁊ aaron qui ſemper in ira et redargutione aſſidue erant ꝑplm̄ affati . Et ſi dictus ꝑplūs noluit eos audire fuit eidem populo imputandum. Nonne aſſidue monui diſcipulos meos dicens eis ꝙ vnus veſtrum me traditurus eſt . Si ille qui cecidit de ſcola mea et preuaricatus noluit me audire ſanguis ipſius et aliorum ſubditorum fuit nociuus eis ⁊ non paſtoribus . Sed ipſi paſtores ſecure dicere poſſunt lauabimus manus noſtras in ſanguine peccatorum . Iuxta qđ ſcriptum eſt yſaie lviij c . Clama ne ceſſes . quaſi tuba exalta vocem tuam annuntia populo meo ſcelera eorum et domui iacob peccata eorum . Et contra paſtores negligentes . hanc ſcripturam ait propheta . Canes muti non valentes latrare . Sed dicite michi ſi vos redarguiſtis populum meum de peccatis . Quare periſtis in peccatis veſtris . Et ſi annuntiaſtis ſcelera eorum . quare in veſtris ſceleribus dampnamini . Dicent paſtores domine . ſi in ſceleribus noſtris dampnamur . non ſequitur ꝙ negligentes fuimus circa ſubditos noſtros . qui ſpretis monitis noſtris in infernum iuſte dampnantur. Semper verbum ewangelium fecimus ſeminare . Ac etiam nos ſeminauimus . ſentētiaſqꝫ latas dyoceſ diſtinximꝰ in prochijs ⁊ ibi ſpeciales poſuimꝰ rectores q̃ nobiſcū etiā inſtabāt ad crimīa huiꝰ ꝑpli corrigēda . q̃ maīfeſtauerūt ꝑplō ewāᵐ tuū hincinde ꝑdicando . Si ipſi noluerūt ewāgelij ꝑcepta ſeruare . nobis eoꝝ pctm̄ nō imputetis . Veniāt ipi de ꝑplō ⁊ ꝯteſtent̄ nobiſcū de hoc .

Ꝙ paſtoꝛes eccl̄ie introgāt ī ꝑplō

rñſio ꝑpli .

QVibus aduocatis atqꝫ cōparentibus . Aiunt paſtores dicite nobis o vos de populo . Nunquid fecimus vobis ewangeᵐ dei per predicationem manifeſtum in ſanctis monitionibus ⁊ aſſiduis redargutionibus . Dicent illi feciſtis Sed aliud docebamur a vobis verbo . aliud facto et exemplo inſtruebamur . Nonne vos paſtores poſt predicatum ewangelium aſſurgebatis ad peccata manifeſta operanda in omni genere peccatorum . Noſqꝫ attendebamus magis ad executionē veſtram ꝙ̄ ad verbum ſequentes veſtra peccata in eiſdem peccauimus credentes nobis ea licere . Poſtꝙ̄ ⁊ vos ea faciebatis . ꝓpter que in gehennam periclitamur . vos nobis iugum fuiſtis

812

vos hanc doctrinam nobis docuiſtis/ Et cũ eratis infecti in ſimilibꝫ criminibꝫ ſicut ⁊ nos eramus/ puduit vos in pc̃cis predicatis nos redarguere/ cum culpa vos in veſtris peccatis redarguebat/ Dicunt paſtores/ Aut publice peccaſtis aut occulte/ ſi publice quia ꝯſtat de vr̃is peccatis et noſtro auditorio per denũtiationem/ Aut teſtiũ probationẽ vel in tm̃ fuerũt manifeſta ꝙ tergiuerſatione celari non poterant/ Et ſi in redargutione predicatoꝝ pc̃corum fuimus negligentes nobis fuit imputandũ/ Si occulta fuerunt vr̃a peccata/ de hijs non tenebamur diuinare/ qm̃ deum habent vltorẽ. Nonne vobis fecimus annunciare verbũ dei/ ꝑ quod docebamini/ quid ad vitam et quid ad mortẽ cõpetebat/ Item nonne inſtituimus ꝓchianos ſacerdotes quibꝫ debuiſtis vr̃a ꝯfiteri peccata/ ⁊ qui ſacerdotes miniſtrauerũt vob̃ eccleſiaſtica ſacramenta/ In quibꝫ et pc̃ca dimittũtur non debuiſtis ea negligere. Si nos peccauimus publice vel occulte nobis imputat̃. Cum nemo viuat ſine crimine/ non debuiſtis accipe pc̃corum nr̃oꝝ exempla ſed potius opera eorum que nos docebamus/ Semper habuiſtis nos exoſos ⁊ quaſi inimicos/ Tamen ſi aliud fuerit pc̃ti in nobis quod vobis ꝯpetere dicitis nichilominus illi non ſiluerũt. Quibuſquidẽ paſtoribꝫ terribilis. Iudex ſic ait/ In hijs excuſabiles non eſtis. Sed vltra hoc dicite michi/ Quare ſymoniace donum ſancti ſpiritus vendidiſtis ꝯſtituẽs eccleſias venales et alia ſpiritualia precio vendidiſtis. Et vos nichil intus ⁊ extra/ niſi ſtagnum plumbũ ⁊ ferrum ⁊ in medio fornacis cordiũ vr̃oꝝ ſcoria argenti et auri facti fuiſtis pro eo ꝙ verſi fuiſtis in ſcoriam ſupradictam. Ecce ego ꝯgregaui in ꝯgregatione argenti ⁊ eris et ferri ⁊ ſtagni ⁊ plumbi in medio fornacis inferni/ ⁊ ſuccendi ibi ignem ad ꝯflandũ in furore meo in ira mea/ et adhuc ꝯflabo vos ⁊ ſuccendã vos in ignem furoris mei. Et ꝯflabimini in medio eius.

¶ Iudex adhuc contra paſtores eccleſie.

¶ Rñſio paſtoꝝ ad ꝑdicta.

Et dicent paſtores A A A dñe ne iraſcatur furor tuus q̃ ſuper om̃s es miſericors. Nonne in nomine tuo demonia .i. pc̃ca mortalia eiecimus/ et in nomine tuo ꝓphauimus/ Et dicet iudex. Neſcio vos/ Quõ ꝓphetaſtis in nomine meo ⁊ demonia eieciſtis cũ totum mundũ vr̃is falſis ꝓphetijs et pc̃cis ⁊ demoibꝫ ẽpleuiſtis/ Nõne pluribꝫ vicibꝫ ſcidiſtis ecclaꝫ nr̄am mendaciter asserendo meum vicarium sūmum pōtificem dicte ecclesie non esse . sibiqꝫ alium in antipontificem eligendo quot reges in hijs errare fecistis etiam homines innumeros ex quo homicidia adulteria expulsiones ciuitatum ꝛ ecclesiarū desolationes . Ac etiam odia scandala grauia ꝛ innumerabilia mala prouenerunt . Necnon et sathanam ꝛ demoniorum congregationem ad ipsa mala peragenda soluistis . Nunquid in sceleribus vestris vocare potestis samariam et zodomam sorores vestras . Viuo ego dicit dominus quia nō fecit zodoma soror vestra sicut vos fecistis ꝛ samaria dimidio peccatorū vestrorum nō peccauit . eas vicistis sceleribus vestris . ꝛ in omnibus abhominationibꝫ vestris iustificastis eas . Et sicut vicistis sorores vestras peccatis vestris sceleratius agentes ab eis . Item reddite michi rationem fructuum laborum vestrorum et offitij diuini . Benedixistis ne dn̄o in omni tempe septies in die laudē dicēdo Pauistis pauperes de subnā ecclie mee vel ditastis ꝯsanguineos melius fuissꝫ . O deuoratores ecclie mee . O si attendissetꝭ ad ista q̄ ad ꝓstibula visitanda et meretrices alendas et ab hijs alias nouas in domo vestra introducendas tamq̄ equus ꝛ mulus lasciuiētes ꝛ ꝯputruistis in luxurijs vr̄is . sicut iumenta in stercore suo . et mane m̄ sacrificabatꝭ carnē ꝛ sanguinē meū ꝑ vos sumētes tamq̄ si mūdi ab omni crimie fuissetis . Iudiᵐ vobis mādūcastis ꝛ bibistis . Et quia si inimici m̄ hoc fecisent et ecclie mee/sustinuissem vtiqꝫ . et si hij qui adorant me super me ꝛ eccliām meam magna fuissent locuti/abscondissem me ab eis . Sed vos vnanimes ꝛ noti . Quare hoc egistis . ꝓpter qđ veniat mors super vos ꝛ descendatis in infernum viuentes . Ite a sinistris .:.

ītrogaᵒ iudicꝭ ꝛ icrepaᵒ ad pastores ecclīe deuoratores .

nō q̄ manducat carne ꝛ bibit sanguinē xpi idigē

iudicꝭ icrepaᵒ ꝛ ꝯphētio q̊ ad mēdicātes ꝛ monachos .

Q̄ aduocānt ad iudicē iudiᵐ reges ꝛ ꝑncipes ꝑpli xpiani .

Item ipse iudex grauius ꝛ asperius in verbis eisdem redarguet omnes mendicantes ꝛ cucullatos . qui renuntiauerunt seculo ꝛ latius in eo ꝛ gloriosius vixerunt peccantes . Reddentes q̊ꝫ rationem de vnoquoqꝫ capitulo regule . Item faciet aduocare reges ꝛ principes imꝑatores ꝛ duces ꝛ alios qui prefuerunt populo xpristianitatis . ꝛ eis conparentibus dicet ipse iudex . Reddite et vos etiam rationem regiminis vestri . Nonne et vos de puluere pauꝑes suscitaui vt sedentes

812

in ſolijs glorie pplō meo iuſtitiam redderetis/ Qualem in pplō meo feciſtis iuſtitiam/ Dicent reges/ In eis ſecuti ſumus ⁊ fuimus leges ſacratiſſimas . Dicet iudex . Quomodo leges ſacratiſſimas ſecuti fuiſtis . Nonne in ꝯſpectu vrō filij prēm ⁊ mrēꝫ ꝯtumelijs affecerūt . Aduene calumniabanť ⁊ pupilli et vidue cōtriſtabanť/ſanctuaria mea aſpernabanť ⁊ ſabbata polluebantur viri detractores fuerunt ad effundendū ſanguinē ſcelus operati ſunt in medio vrīm/verecūdiora patris diſcooperuerunt immundiciam menſtruate humiliauerūt/et vnuſquiſqꝫ in vxorē ꝓximi ſui operatus abhominationem in ꝯſpectu vrō/ Munera acceptaſtis ad effundendū ſanguinē/vſurā et habundantiā accepiſtis/⁊ auare vrōs ſubditos calumpniabamini/⁊ mei ⁊ iuſtitie mee fuiſtis obliti/ Item inter vos ſemꝑ ꝓditiones ⁊ ꝯiurationes fuerunt/animas ſubditoꝝ vroꝝ deuoraſtis/ꝑcipitium accepiſtis/viduas multiplicaſtis/ꝓpter quod ſacerdotes mei me ꝯtempſerūt ⁊ legem meam/pollueruntqꝫ ſanctuaria mea inter ſanctum et ꝓphanum non habuerūt diſtātiam Inter pollutum ⁊ mundū non intellexerūt/ ⁊ in ſabbatis meis auerterūt oculos ſuos/Et ego rex regum coinquinabor in medio vrīm . Et hec omnia euenerūt in regnis vrīs ꝓpter vos et iniuſticias vrās . Qm̄ eratis ſicut lupi rapientes ꝑdam ad effundendū ſanguinē ⁊ ꝑdendas animas/Et qui auare expectaſtis lucrū/ꝓpter que ego effundam indignationem meam ſuper vos et in igne ire mee cōſumam vos.

¶ ꝟba regū ad iudicem.

Et dicent reges iuſtiſſime iudex placeat clementi maieſtati vrē in humillima voce nos audire/Manifeſta eſt nrā ꝯfeſſio qꝫ vrā benigna ptās fecit nos ſuper pplm̄ veſtrum tꝑaliter dn̄ari/ Sed reminiſcať vrā ptās cum pmo regē inſtitueritis ſupra pplm̄ veſtrū iſrahelíticū per os ſamuel ꝓphe late vos dixiſtis/hoc erit ius regis/qui imperaturus eſt vobis filios vrōs tollet ⁊ ponet in curribꝯ ſuis/facietqꝫ ſibi equites ⁊ precurſores quadrigarū ſuarū ⁊ ꝯſtituet illi tribunos ⁊ centuriones et aratores agroꝝ ſuoꝝ ⁊ meſſores ſegetū et fabros armoꝝ et curruum ſuoꝝ/filias quoqꝫ vrās faciet ſibi vnguentarias ⁊ focarias ⁊ pannificas/Agros quoqꝫ vrōs et vineas vrās et oliueta optima tollet et dabit ſeruis ſuis/ Sed et ſegetes veſtras

¶ rn̄ſio regū ad deum iudicē.

¶ iura r̄gis tꝑal' collata ī iſtitutione ꝑmi r̄gis in iſrl' ꝑ os ſamuel et vinearum redditus addecimabit ſibi ⁊ de vernaculis ſuis. Seruos quoqꝫ veſtros ⁊ ancillas et aſinos auferet. et ponet in opere ſuo. greges quoqꝫ veſtros addecimabit. Clamabitis in die illa a facie regis veſtri ⁊ non exaudiam vos. Nunquid alio iure debuit cenſeri ille rex a vobis. Ergo ſi ſunt iſta iura regum prout ſupra apparet. quid nobis imputatur per veſtram maieſtatem. Inter ipſos nobis ſubditos fecimus iuſticiam de eorum publicis criminibus. exercuimus puniciones. Sed de eorum occultis noſtrum non fuit iudicium. ergo quid nobis imputatur. Dicet rex. Non ſic impij non ſic. quoniam ſi protuli ſupradicta verba populo ſupradicto per os ſamuelis ſerui mei potius protuli ad terrorem populi predicti ne regem temporalem a me qui eram inter ipſos temporalis et ſpiritualis rex peteret ꝙ iniuſticijs predictis dicto regi iuris facultatem preberem. Item nonne cum imperium totius terre dederim in ſempiternum ab aquilone ⁊ meridie ab oriente et occidente numꝙ ſimilia verba protuli vel econtra. vt geñ xiij c. Item quando poſui dauid ſuper populum meum regem. quale dedi ei preceptū Audiatis. Inueni dauid ſeruum meum oleo ſancto meo vnxi eum. ⁊ ponam eum excelſum pre regibus terre. Si autem ipſe ⁊ filij eius dereliquerint legem meam et in iudicijs meis non ambulauerint. Si iuſticias meas prophanauerint ⁊ mandata mea non cuſtodierint. Viſitabo in virga iniquitates eorum et in verberibꝰ peccata eorum vt pſalmo octuageſimo octauo. Itē et alibi predixi. Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram. ſeruite domino in timore ⁊c̄ vt pſalmo ij. Creditis forte ꝙ ad hoc dederim reges in populo meo vt calumpniaretur populus ab eis. et iniuſte regeretur. Sed creditis alio iure vti meum. ꝙ alij reges vſi fuerunt. hoc vero non poteritis. Unde cum mandata mea non cuſtodieritis. et legem meam non cuſtodieritis. non ſine cauſa protuli in iuſticia loquendo ꝙ facilius poterit camelus per foramen acus tranſire ꝙ diues intrare paradyſum. licet in miſericordia aliud fuit obſeruatū. Ideo vos reges Ite a ſiniſtris :

Rñſio dei iudicis ad reges tꝑales

¶ nō dati ſūt r̄ges ⁊ ꝑncipes ī ꝑplō dei vt calūpniaretur ꝑpls ab eis.

ꝙ aduocē cōis populꝰ xpianꝰ ad iudiciū dei.

Post hec ſub clangore tube populū ſuum xpriſtianum faciet euocari. Quo corā iudice ꝯpareñ in terribilitate furoris ſui dicet

812

Coram me multiplicate ſunt infirmitates/et pcc̄a veſtra reſpondērunt vobis/manus vr̄e pollute ſunt ſanguine/et digiti iniquitate/labia vr̄a locuta ſunt mendatium ⁊ ſcelera vr̄a vobiſcum ſunt et cognouiſtis blaſphemari ⁊ mentiri ꝯtra dn̄m/Ecce agnitio vultus veſtri reſpondebit vobis/quoniā peccatum vr̄m quaſi peccatum zodome/predicaſtis et eum non abſcondiſtis/ve animabꝫ vr̄is/quoniam reddentur vobis mala/Et vertet ſe ad iudices q̄ iudicauerūt in ꝑplō/⁊ dicet ve vobis iudices/qui iudicantes iuſtificaſtis impiū pro muneribꝫ/et iuſtitiam iuſti abſtuliſtis ab eo. Quare leges meas fideliſſimas in vr̄is iniuſtitijs meretrices feciſtis/que fuerūt iuditij ⁊ iuſtitia habitauit in eis/vos autē homicide habitaſtis in eis. Quare iuſtum argentū vertiſtis in ſcoriam ⁊ ſotij furū ſemper infideles in eis fuiſtis/dilexiſtis munera/ſecuti fuiſtis retributiones/pupillis non iudicaſtꝭ/Viduarū iuditium non ingrediebatur ad vos O vtinam dilexiſſetis iuſtitiam et iniquitatem odiſſetis .:.

De iuditibꝫ male iudicātibꝫ.

Poſt hoc vertet ſe ad aduocatos/⁊ ad alios iuriſperitos qui in via legis non ambulauerūt/⁊ dicet ve vobis iuriſperitꝭ qui in vr̄is ꝯſilijs ꝯdidiſtꝭ leges iniq̄s/⁊ ſcribentes iuſtitiam vt pauperes opprimerent̄ in iuditio ⁊ vix fieret cauſa humilium ꝑpli mei/et dabitis in predam viduas/et pupilloꝝ diripiebatis ſubſtātiam/O vtinam in conſilio veſtro legis conſilium cognouiſſetis .:.

Deꝰ loq̄t̄ aduoc̄tꝭ ⁊ iuriſpitis.

Poſt hec vertet ſe ad teſtes fallaces et alios in falſo verbo loquentes/⁊ opere exequentes. Et dicet ve vobis q̄ dixiſtis bonum malum/et malum bonum/ponentes tenebras lucem/⁊ lucem tenebras/ponētes dulce in amarū/⁊ amarū in dulce trahendo/dixiſtis iniquitatē in funiculꝭ vanitatis/et in vinculo plauſtri pctm̄/O vtinā non tamq̄ꝫ teſtes iniqui inſurrexiſſetis/⁊ nunc vobis non mētiret̄ iniquitas .:.

ad falſos teſtes

Poſt hec vertet ſe ad lenas et lenones/et dicet eis/Miſiſtis ſuper ꝑplm̄ meum ſortem/⁊ poſuiſtis puerū in ꝓſtibulo/et puellam pro vino vendidiſtis. Item dicet guloſis et omnibꝫ fornicatoribꝫ/qui potius in gluuiei/q̄ꝫ deo ſeruierunt/Ve vobis qui potentes fuiſtis ad bibendū vinū/et viri fortes ad miſcēdū ebrietatē/Ecce gaudiū vr̄m ⁊ letitia vr̄a ſempiterna

ad lenas lenones guloſos ⁊ fornicatores.

ꝯtra guloſos et bibulos.

Occidere vitulos ⁊ arietes iugulare comedere carnes ⁊ bibere vinum dicentes. Gaudeamus et bibamus cras enim moriemur. quia non eſt refrigerium in fine hominis. et non eſt agnitus q̄ ſit reuerſus ex inferis. quia ex nichilo nati ſumus ⁊ poſt erimꝰ tamq̄ ſi non fuerimus flatus eſt in naribꝰ nr̄is/⁊ ſermo ſint ille ad ꝯmedendū coꝛ vr̄m. Quia extinctus cinis erit corpus nr̄m/⁊ ſp̄us diffundetur tamq̄ mollis aer vt tranſeat vita noſtra tamq̄ veſtigium nubis. ⁊ ſicut nebula diſſoluetur. que fugata eſt a radijs ſolis. et nomen noſtrū accipiet obliuionem per tempus/⁊ nemo habebit memoriam noſtrorum/ Venite ergo et fruamur bonis/que ſunt/⁊ vtamur tamq̄ in iuuentute celeriter vino pretioſo/et vnguentis nos impleamus. et non preteriat nos flos tempoꝛis. coronemus nos roſis/anteq̄ marceſcāt nullum pratum quod nō tranſeat luxuria. Nemo noſtrum ſit expers luxurie noſtre/vbiqꝫ relinquamus ſigna letitie noſtre. q̄m hec eſt ſoꝛs nr̄a. Nō premamus vidue. O impij hoc dicētes vtinā ſigna dicte letitie tempalis in to$^{m}$ reliquiſſetis vt ea nūc in patriā ⁊ vitā ꝑpetuam habuiſſetis.:.

¶ ꝯtrā paupm̄ deꝑdatores.

Item ad illos dicet qui ſemp in pauperū viroꝝ ſpolijs vixerūt. Ve vobis qui deꝑdati fuiſtis humiles p̄pli mei Nonne ⁊ vos nūc depredamini ⁊ qui ſpreuiſt͛. Nōne ⁊ vos ſpernimini. ſuꝑbia vr̄a ⁊ arrogātia vr̄a pluſq̄ foꝛtitudo vr̄a nūc in naribꝰ vr̄is ponam circulū. In labijs vr̄is frenū. ⁊ vos ad locū deducā ad quē ire non vultis. Item in iracūdia magna dicet ſacratis monialibꝰ qui pudicitiā virginitatis non ſeruauerūt. Et dicet. Nonne vos fuiſtis filie vnius mr̄is ecc̄lie mee. quare ⁊ foꝛnicate fuiſtis in ſanctuarijs meis in adoleſcentia vr̄a foꝛnicate eſtis. Vbi ſubacta fuerunt vbera veſtra ⁊ fregiſtis mām̄as vbertatis veſtre. et quod peius eſt filios ⁊ filias peperiſtis et feciſtis vos mundanam mulierem. Et foꝛnicate fuiſtis. cum filijs eccleſie fratribas veſtris viris magnarum carnium. Et fuiſtis facte quaſi meretrices faſtigioſe augentes pretium et quaſi mulieres adultere. que ſupra viros ſuos inducunt alienos. Omnibus meretritibus datur merces. Ita cunctis amatoribꝰ vr̄is donabatis ad eos vt intrarēt ad vos vndiqꝫ ad foꝛnicandū vobiſcū fc̄m̄ fuit ꝯtra ꝯſuetu͛ in͛ mēt ſicū in foꝛnicatoibꝰ

¶ ꝯtra moīales filias vniꝰ mr̄is eccleſie.

812

Ecce nunc ꝯgregabo ait iudex omnes amatores vr̄os magnarū carnium viros quibꝰ ꝯmixte eſtis et omnes quos dilexiſtis cū vniuerſis quos odoraſtis et ꝯgregabo eos ſuper vos . et denudabo ignominiam vr̄am coram eis ⁊ videbunt omnem turpitudinē veſtram . et dabo vos in ignem formidinis ⁊ zeli .

¶ ꝯtra ꝯiugatꝭ mr̄i
monīū violātes

Poſtea vertet ſe ad mulieres viris mr̄ionialiter copulatas . que fidem ꝯiugij violauerūt . Et dicet iudex nunc annunctio vobis ſcelera vr̄a qꝛ grauiter adulterāte fuiſtis ⁊ nunc ſanguis adulterij vr̄i in manibꝰ vr̄is . Nunquid vos miſiſtis ad viros de longe venientes . Ad quos nuncios lenones miſeratis . et cū veniſſent ad vos circūueniſtis oculos vr̄os et ornate eratis mundo . ſediſtis in lecto pulcherrimo . et ante vos menſa ornata vnguentū poſuiſtis ſuper vos/⁊ vox multitudinis exultantis erat in vobis . Poſuiſtis anulos in auribꝰ veſtris ⁊ coronas ſpecioſas ī capitibꝰ veſtris ⁊ cū eis adulterate fuiſtis ve vobis attrite in adulterijs . Edificaſtis vobis lupanar et feciſtꝭ vobis ꝓſtibulum in cunctis plateis . ad omne caput vie edificaſtis ſigᵐ poſtulationis veſtre abhominabile feciſtis decorē veſtrū . et dimiſiſtis pedes veſtros omni tranſeunti . Ecce ego ait iudex extendā manum meam ſuper vos . ⁊ dabo vos in animas odientium vos filiarū p̄pli mei . que ꝓpter eorum pudicitias erubeſcent in via vr̄a . Sceleratis quoqꝫ alijs mulieribꝰ que ſe in veſtibꝰ auri ⁊ argenti et alijs precioſis ornauerūt . Dicet ipſe iudex o filie p̄pli mei ſatis fuiſtis eleuate in ornamentis vr̄is . que ambulabatis extenſo collo ⁊ nutibꝰ oculoꝝ ibatis . Plaudebatis ⁊ pedibꝰ vr̄is ꝯpoſito gradu incedebatꝭ . Nunc vo decaluabo verticē capilloꝝ vr̄oꝝ/⁊ crines capitū vr̄oꝝ nudabo/⁊ auferam ornamenta calciamētoꝝ vr̄oꝝ ⁊ monilia/armillas ⁊ mitras diſcriminalia et olfactaria/et anulos ⁊ gemmas in fronte pendētes/⁊ mutatoria palliolas et mitras et ſpecula/ Et erit vobis ꝓ ſuaui odore fetor . pro zona funiculus . et pro criſpanti crine caluitium/pro faſcia pectorali cilicium . Et ipſe iudex in terribilitate ⁊ ira arguendo loquetur amantibꝰ ſeipſos tm̄ . ⁊ alijs elatis cupidis ſupbis blaſfemis et illis qui non obediuerūt parentibus ingratis ſceleſtibus ſine affectione ſine pace criminatoribus incontinentibꝰ vſurarijs inuicem ſine benignitate/ꝓditoribꝰ

¶ ꝯtra mulierēs i veſti
bꝰ p̄p̄oſe viuen
tes

¶ ꝯtra ſupbos ⁊ pē
tibꝰ ingratos

ꝓteruis tumidis cecis amatoribꝰ voluptatū magis q̄ dei . habētibꝰ aūt spēm pietatꝭ . v̄tutē aūt eis abnegātibꝰ . penetrātibꝰ domos ⁊ captiuos ducētibꝰ mulieres oneratas peccatis . Et omnibus hijs dicet . Ite a sinistris .

¶ ħ oms p̄dicti ire iubēᶻ a sinistris

¶ rn̄sio ꝑpli xp̄iani pc̄toꝝ ⁊ sb bapᵒ

Unde peccatores oms sui populi dicēt . Iustissime iudex placeat ne furore tuo arguas nos . neqȝ in ira tua corripias nos . quoniā verba tua sunt nobis sagitte infixe Et licet fuerimus ⁊ sumus pc̄tores etiam vltra q̄ nos dixeritis dn̄e / et iuste nostris demeritis vestra sn̄iā nos dāpnauerit . tn̄ fuimus ⁊ sumus sub baptismo ꝯstituti patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti In vos qȝ In trinitate credimus . Unde mementote dn̄e q̄ ex vr̄o ore sancto ꝓtulistis . q̄ nisi renati fueritꝭ ex aqua ⁊ spiritu sancto non intrabitis in regnū celoꝝ . Ac etiam dixistis . Qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet . Nonne fuimus renati ex aqua ⁊ spiritu sancto . Item clarius dixistis . Beati qui non viderunt ⁊ crediderunt . Et certo nunq̄ vos vidimus in corporea carne . Nisi nunc ⁊ vobis credidimus . Et tali credulitate ꝑmansimus vsqȝ ad vite nostre exitum . Ergo si mortui fuimus predictis peccatis per fidem quā in terris habuimus . Nūc ad gloriam in vestra misericordia resurgere debemus etiā ad vitā ꝑpetuā . q̄tumcūqȝ mortalia ꝯmittāt . Cum vos dn̄e sciebatis figmentū nr̄m . q₂ potius eramus ꝓni ad peccandū . q̄ ad aliud bonū faciendū / ⁊ inimicus ꝑuerse nos sit in malo ꝑsecutus ē . Iterū faciet verbū vr̄m cū alias dixeritꝭ . Que ꝓcedūt de labijs meis nō faciā irrita . ꝓpter que in pacientia dicamꝰ . Et licȝ pc̄tores fuerimꝰ ⁊ sumꝰ . ⁊ ꝓpter p̄dc̄a peccata fuerimꝰ ⁊ sumꝰ in inferno dāpti . tn̄ miāȝ vrāȝ possumꝰ ꝓmeri vt a tenebris abyssalibꝰ liberemᶻ . qm̄ oīm dn̄s estis testāte ꝓpha . Oīa quecūqȝ voluit dn̄s fecit in celo ⁊ in terra in mari ⁊ in oībꝰ abyssis infernalibꝰ . Nōne ieiunauimꝰ eleēosinā dedimus ⁊ ecclīāȝ vrāȝ visitauimꝰ ⁊ alia bō opa fecimꝰ q̄ melius sūt mēti vr̄e maīfesta q̄ ore nr̄o ea pandē possumus . cū renū ⁊ cordiū scrutineū habeatis .

¶ ħ ꝑpls xp̄ianꝰ baptizatus allegat fragilitatē ⁊ figmēti corporee nature .

¶ rn̄sio dei iudicis

